sit numerus prudentum: quia stultorum infinitus
est numerus. dicit salomon; Sunt enim secundum
physicum solum duo recti auctoris et his duo obliqui:
et non solum in sexu masculino. sed etiam et magis in
sexu feminino; Hic serpit morbus; Commendat
memorie nostre sacra scriptura duos coronulas sive pre
centores huius execrabilis vicii: unum tempore
veteris legis scilicet gyezi que ad maledictionem
helisei propheta. deus subita lepra percussit. una cum
tota progenie sua usque in sempiternum. quarti regum
quinto; Et si deus hodie omnes tales lepra percuteret:
multos leprosos tam inter seculares quam inter reli
giosos cerneremus; Sed est alia lepra multo peri
culosior qua eos percutiet: nisi condignam egerint
penitentiam; Nec tamen agere penitentiam possunt. nisi
omnia precepta restituerint. et beneficiis sit acceptis
renunciaverit: et ab ordinibus sic receptis penitus
abstinuerint cessante dispensatione: et si fuerint re
ligiosi ad arctiorem religionem debent transmitti. ut
ibi peniteant si fieri potest: Sin autem in suis monaste
riis. locis suis omnino mutatis ad ultima loca des
cendere tenentur; Super quo innumerabilia sunt
iura et canones sanctorum patrum; Alius coronula
fuit symon ille magus maledicte memorie in prin
cipio nascentis ecclesie. de quo actuum octavo: qui
graciam sancti spiritus a petro emere voluit. pecunia
interveniente: quam tamen actu non emit. sed per
sola completa voluntate emendi. graviter maledictione

vel symonisarer

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden